Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



tyaris. & calceamentis. & uestib; missi sunt in medio fornacis ignis ardentis. Iam iussio regis urgebat: fornax aut succensa erat nimis. Porro uiros illos qui miserunt sydrach. misach & abdenago: infecit flamma ignis. Viri autem sydrach misach & abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati. Et ambulabant in medio flame laudantes dm. & bndicentes dmn. ad colocenses.

Fres: Si igitur resurrexistis cum xpo. que sursum sunt quirite: ubi xps est ad dexteram dei sedens. que sursum sunt sapite: non que sup terram. Mortui enim estis: & uita uestra abscondita est cum xpo in deo. Cum enim xps apparuerit uita uestra tunc & uos apparebitis cum ipso in gla. S' matheum

Vesp aut sabbati que lucescit in pma sabbati. uenit maria magdalena. & alta maria uidere sepulchrum. Et ecce terremotus factus est magnus. Angelus enim dni descendit de celo: & accedens reuolut lapidem. & sedebat sup eum. Erat enim aspectus eius sicut fulgur: & uestimentum eius sicut nix. Pre timore aut eius exterriti sunt custodes: & facti sunt uelut mortui. Respondens aut angls dixit mulieribus. Nolite timere. Scio enim: qd ihm qui crucifixus est quaeritis. Non est hic. Surrexit enim sicut dixit. Venite & uidete locum: ubi positus erat dns. Et euntes dicite discipulis eius quia surrexit. & ecce precedet uos in galileam. Ibi eum uidebitis sicut dixit uobis.

Fres. Expurgate uetus fermentum. In pascha ad corinthios ut sitis noua aspsio: sicut estis azimi. Et enim pascha nrm immolatus est xps. Itaq; epulemur: non in fermento uetusto. neq; in fermento malitie & nequitie: sed in azimis sinceritatis et ueritatis: S dm marcum.

224